AUGUSTINUS
Admont, Mitte 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25972
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quodamodo potestate fuerat liberaturus predestinatos in suum regnum
et gloriam semper uerae et uerae sempiternam. Innotuit quoque demonibus
non quod quod esset uitam aeternam et lumen incommutabile. quod illuminat
pios. cum uidendo profecto quae mundo est corda mundantur. si; pro quedam
temporalia sue uirtutis effecta. et occultissime signa presentiae quae an
gelicis sensibus etiam malignae spiritum potius quam infirmitatem hominum
possent esse conspicua. Denique qui ea paululum supprimenda iudicauit.
et aliquanto altius latuit. dubitauit. de illo demonum principe. eique
temptauit. an re ipsa esset exploranda quantum se temptari ipse permisit. ut ho
minem quem gerebat ad nrae imitationis temperaret exemplum. Post
illam uero temptationem cum angli sicut scriptum est ministrabant ei
boni. atque esset ac phoe spiritibus immundis timendi. tremendi. ma
gis magisque innotescebat demonibus quantus esset. ut ei iubenti quamuis
nullo contemptabilis uideretur carnis infirmitas resistere nullus aude
ret. His quoque angelis bonis hominibus corporalium temporaliumque rerum scien
tia. qua inflantur demones nulla est. non quod earum ignari sint. si; quod illis
di qui sanctificantur karitas cara est. precium non tantum corporali. uerum
etiam incommutabili et ineffabili pulcritudine cuius seo amore marcescunt
omnia quae infra sunt. quia quod est illud non sunt. seque ipsos inter illa contemnunt.
ut ex toto quod boni sunt eo bono ex quo boni sunt perfruantur. Et ideo cer
tius etiam temporalia et mutabilia ista nouerunt. quia ex principales
causas in uerbo di conspiciunt quod factus est mundus. Quibus causis
quedam probantur. quedam quedam reprobantur cuncta ordinantur. De
mones autem non aeternas tempora quodam cardinales indi sapientia con
templant. si; quorunda signa nobis occulta maiore experientia mul
to plura quam homines futura conspiciunt. dispositiones suas quoque aliqui
pnuntiant. Denique sepe isti. numquam illi omnino fallunturi. Aliud est enim
temporalibus temporalia. et mutabilius mutabilia conectare. eisque temporalem
et mutabile modum suae uoluntatis et facultatis inserere. quod demonibus cer
ta ratione permissum est. aliud autem in aeternis atque incommutabilibus di
legibus quae inest sapientia uinum mutationes tempora praeuidere. diq;
uoluntatem quae tam certissima quam potentissima est omnium spe eius par
ticipatione cognoscere. quod scis angelis recta discretione donatum est.
atq; non solum aeternum uerum etiam beatum sunt. Bonum autem quo beatum sunt dis illis
est a quo creati sunt. Illis quippe participatione et contemplatione indeclinabiliter
perfruuntur. Hos si platonici maluunt dos quam demones dicere. eisque an
numerare quod a summo deo conditos dos scribit ex auctor plato et magis
ter. dicant quod uolunt. Non enim cum eis de uerbo controuersia laborandum est.